

August Varenius

**Rector Universitatis Rostochiensis Augustus Varenius, SS. Theol D. ... ad Exequias quas Matronae honoratissimae Annae Svanteniae, Viri ... Dn. D. Johannis Lübberti, Doctoris Med. & Practici ... Viduae moestissimae, nunc ... Beatae Sororis & Materterae suae honoratissimae Exanimo Corpori solemnii Ceremonia ... adornant ... Svantenii Reip. huius literariae Cives omnes ... invitat**


Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776828495>


Druck Freier  Zugang



Varenius, A.  
in A. Suanten.  
vid. J. Lübbert.  
Rostock, 1678.







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**AUGUSTUS VARENIUS.**

SS. Theol. D. Sereniss. Ducum Mekleburg. Consistorii  
Affessor, & Collegii Theologici Senior,  
ad Exequias

quas

*Matronæ honoratissimæ*

**ANNÆ SVANTENIÆ,**

*Viri quondam Experientissimi*

**DN. D. JOHANNIS LÜBBERTI,**



D. & Practici laudatissimi, nuper placidâ beataq; ar-  
cesitione Dominicâ ad meliora vocati

Vidux mortissimæ,

nunc, mente, cælo receptâ, Beatæ

Sporis & Materteræ suæ honoratissimæ

Exanimo Corpori

solemnit. Ceremoniâ in templo Jacobæo d. XIII. Maji hor. I. postm.

adornant, & nostri, ACADEMICORUM, Ordinis fre-

quentiâ illustrari desiderant,

**CLARISSIMI SVANTENII**

Reip. hujus literariæ Cives omnes, suis virtutibus, doti-

bus & dignationibus fulgidissimos

gâ, quâ fas est, autoritate & humanitate iuvat.

---

Augustinus l. IX. Confess. c. XIII. de Matre Monicâ:

*Sic in pace cum Viro, ante quem nulli & post quem nulli nupta est!*

Id. ibidem:

*Va etiam laudabili vita hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam.*

---

ROSTOCHII, Typis FRIDERICI KELENBERGII, Acad. Typog. An. 1678.

**M**

Ememorabile in Antonianis Athanasii, et si ma-  
ximâ parte hypobolimais ( neq; enim integrum su-  
peresse *insigne illud volumen*, cuius de *vita Antonii*  
Athanasio scripti, testes Hieronymus, Gr. Nazianz.  
Augustinus, & ipsa prodit collatio vite *primariorum*  
*illorum Eremitarum Pauli & Antonii*, qualis ab Hi-  
eronymo, citra dubium ex genuinis Athanasianis,  
(translata) fertur illud, quod quæsi aliquando in ob-  
sellis Dæmones, ad quam Scripturæ Sententiam præcipuè trepidarent, ex-  
templo responderint, allegando Hymnum Davidicum, in sanctioribus nu-  
meris, LXIIX, & illud ejus exordium: EXSURGAT DEUS, ET DISSIPEN-  
TUR INIMICI EJUS, ET FUGIANT, QUI ODERUNT EUM, A FA-  
CIE EJUS! Quicquid autem sive de fide illius relationis, sive de mente Spi-  
ritus, etiam, ubi verum coactus loquitur, fallere intendentis, sit, habentur in  
hoc dedicatio gloriæ *Resurgentis, super omnes cælos ascendentis, & ad*  
*dextram Patris sedentis* Triumphatoris, hymno, cum plurima alia, ad quæ  
audita, impia tartara contremiscant, ipsiq; Dæmones contremiscendo Sa-  
cro sanctam majestatem illius agnoscant, in cujus *super omne Nomen nomi-  
ne, flectitur omne genu, cælestium, terrestrium & inferorum* (i. e. interprete  
hom. 7. in 2. ad Philipp. 2, 10. Chryostomo, ANGELORUM, HOMI-  
NUM, DEMONUM) tum præcipuè illud, quod habetur tpe mate 19.

עֲלִיתָ לַצִּמְרוֹם. שְׁכִינָתְךָ שָׁבַי לְקַחַת סִתְנוֹת בְּאַדָּם וְאַף סוֹרְרִים לְשֹׁכֵן.

Chaldæus expressit: חֲלָקָה לְרִקִּיעַ שְׁבִית שְׁכִינָתָהּ יְיָ אֱלֹהִים:

והבהא להון מתן לכנינשא וברם סרכניא די מהגירין ותיבין בתחובא  
והיהוה עליהון שכינת יקרא דיי אלהים i. e. *Ascendisti in cælum, capti-*  
*vasti captivitatem, dedisti dona filii hominum.* Quin etiam super illos  
qui cum essent antea rebelles, facti proselyti, & per veram respicientiam  
reverentes, *habitat majestas gloriosa veri Dei* (qui est יהוה אלהים)

Græci Interp. ἀνάβησις ἐν ὕψος, ἡ χυμάλωτευσας ἀρχιμαλωσίαν, ἐλαβης  
δῶματα ἐν ἀνθρώποις (consonanter in literâ hæcenus Paulo alleganti & ap-  
plicanti Ephes. 4, 8. nisi quod in tertio commate, verbum accipiendi, expli-  
cet per subordinatum dandi, accepisse sc. Christum *dona hinc dandi, &*  
*sic accepisse, ut accepta daret* i. distribueret, & adeo habeat Apostolus  
ἔδωκε δῶματα τοῖς ἀνθρώποις) Porro membrum rememaris poste-  
rius, expresserunt; καὶ ᾧ ἀπιθοῦντας τοῦ κατὰ σκεῆσά σου ἡμίον τον θεόν.

Vu g.

Vulg. *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus.*  
*Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.* Lutherus postea:  
*Du bist in die Höhe gefahren / und hast das Gefängniß gefangen (geführt*  
*vid. Eph. 4.8.) Du hast Gaben empfangen für die Menschen (quod ex Paulo*  
*Lutherus: hast den Menschen gegeben) auch die Abrisinnigen / daß Gott der*  
*Herr dennoch daselbst bleiben wird. Iuv. & Trem. Ascendens in sublime,*  
*captivam fecisti captivorum multitudinem (i. e. mundum, carnem, pecca-*  
*tum, mortem & Satanam subegisti) accipiens dedisti dona hominibus, etiam*  
*rebelles, habitando (in excelsis, & inde potentiam tuam exerendo) captivos*  
*facis, (i. e. eos qui licet victi sint, tamen oppugnant opus tuum, & Ecclesie*  
*adversantur) Jah Dem (i. e. ó Jehova Christe!) Vetus Belgica autoritate*  
*Ord. General. edita an. 1645. Ghy zyt opgevaren in de Hoogte / ghy hebt de*  
*Gevangentisse gevangentelyc gevocert / ghy hebt Gaben genomen / om ungedee-*  
*len onder de Menschen / ja oock de wederhoortige (onghelovige hebt ghy ghe-*  
*vangen ghenomen onder uwe Ghehoorfaemtey) om by u te woonen / ó Heer*  
*de Godt. Ut tamen in glossâ non abnuat membri secundi talem interpre-*  
*tationem, & cum primo collationem: Tu, ó Christe, dona accepisti etiam*  
*pro hæcenus incredulis, vel rebellibus, ut etiam hi habitarent, apud te, vel*  
*inhabitarent Ecclesiam tuam, sive, ut Tu, ó Domine Deus (per Spiritum S.*  
*eum) habitares in illis. Lud. de Dieu: Ascendisti in altum, captivam ce-*  
*pisti captivitatem, accepisti dona pro hominibus: Etiam rebelles s. iram re-*  
*bellium, quiescere oportet, ó Jehova Deus! Raymundus in Pug. Fid. p. 681.*  
*sic transulit: Ascendisti ad altum, pradatus es pradam, accepisti dona in A-*  
*dam, & etiam deviantes ad habitandum cum Domino Deo. Juvat autè illud*  
*éy xepidiov vel illum Pugionem Raimundi á penna forti, mira sanctitatis*  
*Viri, ac divinarum rerum & juris Ecclesiastici peritissimi, ordinis Prædica-*  
*torum Generalis ExMagistri (his enim titulis venit Francisco Bosquit Epi-*  
*scopo Ludovensi & Comiti Montisbrun. in epist. exeget. ad Exsenatorem Bur-*  
*degalensem de Voisin, operi præfixa) ex applicatione quoq; considerare,*  
*quæ talis subjicitur l. alleg. Ascendisti in altum, quando ascendisti in crucis*  
*petibulum, pradatus es pradam, eos sc. qui apud interos captivi teneban-*  
*tur, sicq; accepisti á Deo Patre dona in Adam, quem cum omnibus Filiis*  
 *suis, nempe fidelibus de inferno extraxisti, & ascendens in altum, in cælum,*  
*& sic in Paradisum (iterum) induxisti: accepisti etiam inter dona, illud, ut*  
*deviantes i. e. peccatores, possint habitare cum Domino Deo, SI AGERE*  
*VOLUERINT POENITENTIAM. Nihil attinet, excutere nunc explica-*  
*tiones & applicationes Judæorum, cum, qui Raschium, interpretem Targu-*  
*miste secuti intellexerunt dictum illud magnificentissimum, de Mose Amra-*  
mido



*vide, in montem Sinai ascendente, & spoli ad instar Legem inde efferente, ac illa Legalia Spolia Israelitis, utut aliquando rebellibus, in Ecclesiam tamen, poenitentia mediante, receptis, habitatione, apud Dominum Deum, denno dignatis, distribuyente, tum aliorum, qui Abenestram secuti, de Davide, editissima castella, quae illud Sionis, expugante, de tot gentibus, & rebellibus triumphante, pari perversitate explicarant, sed nec sive Calvinum, sive H. Grotium Judaizantes huc transcribere, quorum alter indutus versione commatis novissimi in v. 18. de DOMINO in SINAI, movit tantam characterum Majestatis oppositione discretos ab Apostolo, Hebr. 12. 18. 22. & seq. montes, ut non nisi ad Legalem materialemq; referret, quod ad Evangelicum referendum erat. Quid enim indignius illo Grotiano interpretamento: *Ascendisti in altum* i. e. à Sinai in coelum, *cepisti captivitatem* i. e. populos complures, quos inter *Madianita*, debellasti Num. 31. ad captivitatem damnasti, *accepisti dona in hominibus* i. e. ad usum Sacerdotum & Levitarum: quia, *accepisti etiam rebelles* (Gibeonitas, & eorum similes, qui diu Deo rebelles, tandem facti sunt proselyti) *ut inhabitares in illis, Domine Deus*, qui tamen, ne plane delertor & transfuga appareret, addidit, *eminentiùs hæc per Christum esse impletæ, & ita μυστικός*, viâ eminentiæ, *ad Christum relata* Eph. 4, 8. quod sanè nec Judæus negaverit, ex illâ in Pugione allegatâ interpretationis regulâ: *Omnes Prophetæ & universi non prophetarunt, nisi super annis redemptionis & super diebus Messia*. Dupellit illas nebulas, velut opaca noctis, nobilis aurora vel hæc fulgidior & penetrantior, sol oriens, & hymnus ipse, & prædicatorum illi Legali terribiliq; majestati v. 8. 9. contradistorum, inde à v. 10. 12. illorum inprimis, quæ leguntur v. 19. magnificentia, & hujus temeratis ad Christum *ascendentem*, non qualiscunq; *accommodatio*: sed de illo triumphatore, in genuino *literalive* sensu, *interpretatio*, quæq; clarissima in Scripturis N. T. præfulget omnium & singulorum hujus temeratis immediata ad MESSIAM applicatio. Si enim trium illorum commatum membri primi Commentarius desideretur, ex unâ Apostoli ad Ephesios Epistolâ c. 4. à v. 7. ad 14. integer ille habetur, collatisq; aliis N. T. locis pulcherrimè illustratur. Si sc. queratur de literalive sensu illius: *Ascendisti in ipsam altitudinem*, quis sit ille *ascendens*, quis *ascensus*, & quæ illa *altitudo*, vel illud sublime? Respondet Apostolus: *Intelligendum illud de solo CHRISTO neq; tamè de solo Christi visibili illo adscensu: sed adscensu SUPER OMNES COELOS*, ipsaq; *Sessione ad dextram Dei Patris in throno majestatis*, quæ quid dari poterat *sublimius*? Conf. Eph. c. 1, 20. 21. c. 4, 10. Si de secundi commatis, s. *illius captivam duxisti captivitatem*, queratur sensu, exprom-*

tus Apostolus de *exultatione triumphatis*, spiritualibus hostibus, debellatoq; sic  
 tenebrarum regno magnificentissime commentatur, quæ triumphalis  
 Principatum & potestatum infernalium traductio, ipsaq; *ὕψους*  
 expressa illo: *Ascendisti in altitudinem*, præquirebat quidē, illam *ὕψους*  
 vel *exaltationem crucis*, & in hac, velut in quā *omnia sunt consumata*, fun-  
 dabatur, quomodo Apostolus, ex illo *adscensu* intulit ad antecedaneum *de-*  
*scensum*, nec hunc qualemcumq; vel saltem *in terras* (per *incarnationem*)  
 sed profundissimum, quo se in *mortem crucis*, in *sepulcrum*, & ante hoc, in  
*infernum* ad verissima dolorum infernalium experimenta, demisit, s. *descen-*  
*sum in infimas partes terra* Eph. 4, 9. & *expoliationem ac triumphalem*  
*traductionem devictorum Principatum infernalium*, factam dicit, virtute  
 consumatissimi *crucis* meriti Col. 2, 14. 15. prout & debellatis, triumphatis-  
 que hostibus spiritualibus, abolito, penes quem *mortis robur eme*, Diabolo,  
 damnatis æternæ mortis & servitutis liberatio à Diabolo, universoq; te-  
 nebrarum regno, impetratur, ac credentibus actu ipso cœlum referatur, ut  
 tamen nec in *ascensu hoc in sublime*, crucifixio, & illa *ὕψους* Joh. 3, 13. nec  
*captivitatis* vocabulo justorum V. T. ex Limbo quodam fictitioeductio, &  
 talis inferiorum regionis evacuatio hîc intellecta Davidi fuerit, qualis visa  
 Raymundo, etsi expositionem illam ferè transcripsit ex Ambrosio, vid. hic  
 tom. 3. p. 503. ad c. 4. ep. ad Eph. & quoad *captivitatis* expositionem quoq;  
 ex Augustino: *Ipsos, inquit, homines, qui captivi tenebantur, appellavit ca-*  
*pivitatem, qui à Christo dicuntur captivati, quia à peccato liberati sub lenē*  
*jugum Christi missi, justitie facti sunt servi.* Conf. Aug. tom. 8. in Pl. 67.  
 Neq; minus, si de tertii illius commatis sensu quærat. vel illo: *Accepisti*  
*dona* (eaq; accepta dedisti, vel distribuisti) *in hominibus* s. inter homines, quæ  
 donorum distributio velut effectus positivus ex illa *ascensione in ipsam alti-*  
*tudinem* educitur, clarissimus orator in Panegyri Pentecostali Petrus: *Hic*  
*inquit, Jesus suscitatus, adq; dextram Dei exaltatus, ACCEPIT à Patre pro-*  
*missum sanctum illum Spiritum, acceptumq; effudit, & sic DEDIT* Act. 2, 33.  
 34. Confonam Paulus, qui probaturus, *κωνοῦσθαι* illam charismatum s. do-  
 norum gratia, cum sanctificantium, tum ministrantium, *secundum mensu-*  
*ram*, utut non pari in singulis mensurâ, distributorum, ad *miraculosam* usq;  
 illam effusionem sancti Spiritus, deberi *Christo exaltato*, hoc tmema Davi-  
 dicum, velut argumentum iuvicium allegavit, & plenissime deduxit Ephes.  
 4, 7. 10. 11. 12. Si plus ultra de illis סוררים s. *rebellibus* quærat & sensu  
 membri 2. tmematis Davidici, sive referatur illa vox ad verbum *captivan-*  
*di*, illo sensu, quem Jun. & verl. Belg. expressit; sive ad propius verbum *ac-*  
*cipiendi*

cipiendi, ut illud ꝛ quod est in עָרַבְתָּ דָּרָא נֹרְוֹוּ in sequente מִרְרֹוּ  
repetatur, & dicatur, Christus accepisse dona etiam pro rebellibus, converten-  
dis sc., applicatio quidem facilis foret ex Actis 2. 38. 39. c. 3, 19. & seq. sive, quia  
neutra illa interpretatio consonat fonti Davidico: sed & vocum & accentu-  
um ordinem alicubi turbat, sensus plenus ex consilio fontium talis datur:  
*Ascendisti in altum* &c. ut etiam, ipsos hactenus rebelles inhabitaret Jah  
Elohim, sc. virtute præconii Evangelici sicillos attonabis, ut *compuncti*  
*corde respiscant*, fidem, & per fidem peccatorum remissionem, & Spiritu-  
m S. accipiant, atq; sic templum fiant, *Jah Elohim*, & quod gratiose  
inhabitaret Christus exaltatus, imo tota SS. Trinitas, sive versio quoq; nostri  
Magni Lutheri sic intelligatur, ut sensus sit: *Tu ascendes in altitudinem, ut*  
*nō tantum ab exuriis & triumphatis hostibus infernalibus, in te credentes, libe-*  
*rares: sed & dona ad miraculosā usq; effusionē S. Spiritus illis dares, ac illos*  
*inhabitares: ac licet, etiam ubi jam ascenderis in altitudinem, non defuturi*  
*semper rebelles sint*, impedire tamen non poterunt, quò minus Tu, ò Jah  
Elohim, tuam Ecclesiam, notissimosq; tibi, verè in te credentium numeros,  
habeas, illos gubernes, charismatibus S. Spiritus confirmes, quin vel ipsos  
rebelles in obsequium fidei convertas, ac sic conversos, æquè hos, ac illos gra-  
tiosè inhabitares, ut ita, quod de *Jah Elohim inhabitante Ecclesia* NT. me-  
moraverat v. 17. Atq; citra *novavitæ* illorum, quæ JESUS exaltatus acce-  
pit & dedit, donorum, citra talem inhabitationem Jah Elohim, vitam hanc  
non exegisse, vel de hoc seculo recessisse, quin, ubi abrupta aliquando  
*σήμεως & ένως* fuerit, per veram respiscentiā, redinte gratiā illa, vivā in  
JESUM triumphatorem fide, expirasse, bonamq; sic, ad quam maximè in-  
terest, clausulam vitæ mortalis curriculo impotuisse, Matronam honestis-  
simam, ANNAM SVANTENIAM, DN. D. JOHANNIS LÜBBERTI,  
Medici p. m. Viduam, speramus, persuasiq; in Domino τῷ πολυσπλάγγνω-  
sumus, cui natalium, ceterorumq; hujus vitæ, novissimorum imprimis, tradi-  
tione supremum pietatis & humanitatis officium nunc exsolvimus. Nata  
illa anno MDCXVI. d. XVI. Januarii Güstrovii, Urbe Serenissimorū Du-  
cū, sede fulgidissima, Parentem habuit, alterum quidem, Virum pl. Rever-  
& Clariss. DN. M. ENOCHUM SVANTENIUM, initio Illustris Gymna-  
sij Borsholmenfis in Holfatiā Rectorem, inde ejusdem Dioeceseos Pastorem  
ac Vicinarum Præpositum, novissimè Güstrov. ædis Parochialis Antistitem,  
multis, quæ magnus Δωροδότης dederat, dotibus & meritis præclarissimum,  
Parentem alteram Matronam venerabilem & annosam MAGDALE-  
NAM BOCATIAM, Maritū Optimū, qui morte beatā diu jam anteiverat,  
æqvè


æquè beatâ placidâq; hic morte, anteq; circiter annos, insecutâ. Avus Paternus, Consulari apud Malchinenses dignatione Spectatis. olim, functus fuerat DN. GEORGIUS Svant, Avia Paterna ANNA *Warescher*/claris natalibus, & Patre quidem Ecclesiastâ illic s. Pastore, edita. Avum mat. no. mi. navie, Virum Reverendâ dignatione & meritis fulgidis. DN. M. ANTONIUM BOCATIUM, Pastorem & Superint. Parchimensem vigilantiss., Aviam mat., BRIGITTAM, Rev. & Cl. Viri HENRICI PIPERITIS, primi olim orthodoxi Assertoris & Præconis in templo Cathedrali Gustraviensi Filiam, Proavum maternum, celebravit M. HENRICUM BOCATIUM, Magni nostri LUFHERI Auditorem & Discipulum, deinceps Past. & Superintend. Slavicensis multis meritis inclytum, Proav. mat. Matronam Nobiliss. MARGARETAM *Wiansenbetis*, Nobili in Holfatiâ stemmate: sed magis pietate ceterisq; virtutibus fulgidam. Igitur, cum Beata nunc nostrâ, quod sive Patriam natalesq; terrestres, sive Parentes clarosq; Majores attollere poterat, non deesset, ne vera illa, quæ cælum est, Sanctorû Patria, & illud *πολιτεῖα*, ac *jus civitatis fundamenta habentis, cujus artifex & conditor Deus* Hebr. II. 10. deesset, Sacratissimo *Baptismi* fonte splendidi. sine renata, inde à cunabulis & crepundiis per mollioris ætatis puellaris annos sub oculo Parentum probe educata, perq; pietatis, ardentissimis precibus, & assiduâ scripturarû S. lectione augendæ firmandæq; magis, & aliarum virtutum, studium, quæq; non defuerunt domi, exempla, sic est conformata, ut Matrona primaria MARSTALLERIANÆ digna judicata fuerit, cui ipsa totius œconomiz summam committeret, eidemq; deinceps hujus prudenter administratæ testimonium honorificum daret. Factum paulò post ut in pl. Rev. Fratris, DN. ENOCHI SVANTENII, SS. Theol. D. & Prof. celeberr. ac Archidiacon. Jacobæi fideliss. p. m. domum familiâq; immigraret, & hæc occasione, etsi Virgo jam *ὑπέγαμυς*, quæq; non abhorrebat à sententiâ Apostolicâ, *propter instantem necessitatem, Virginibus puri calibatus capacibus*, pronunciata 1. Cor. 7. 25. 27. 38 DEO sic moderante, ab Experientiss. & Clarissimo Viro DN. JOHANNE LUBBERTO Doctore Med. & Practico laudatissimo Conjux & futura domus toriq; sociæ exhiberetur, & post sponsalium & nuptiarum solemnia donû duceretur. Factû illud an. MDC LXX. Ergo, licet ceteroqvi *γάμος ἀπαιτεί* fuerit, matrimonium per XX. annos irruptum constitit, nullis, quod quidè noverim, querimoniis nec ipsa multorum adversorum tolerantia divulsim. De Monica matre l. 9. conf. c. 9. S. Augustinus: *Ubi plena, inquit, nubilis annis facta est, in diva Viro servavit veluti Domino, & satagit eum lucrari tibi.* Memorat idem, de paren-

Patre suo, cui nomen *Patricio*, quod sicut *benevolentiam* praecipuos: ita irā  
 fuerit fervidus, cui tamen irato & *feroci*, *Monica* ne verbo quidem resistere,  
 refractio autem *Et* quieto, si forte inconsideratius commotus fuerat, rationem  
 instituti factive sui reddiderit. Nec de ipsa matre tacet, quod *Et* *Sabbato* *Me-*  
*diolani* non jejnari, *Et* *epulas* *Et* *Synaxin* ad sepulcrum *Martyrum* in *Africa*  
 solitas, *Mediolani* autem ab *Ambrosio* prohibitas, seq; , *palles*, *Et* *panem*,  
*Et* *merum* ad memorias sanctorū allaturā, ab *Ostiaro*, prohibita *agrē* tu-  
 lerit, non facile cessurā, nisi cognovisset ab *Episcopo* *Ambrosio* hoc vetitum,  
 cujus consilium libenter amplexa, non dubitavit ei esse obediendū *conf. Aug.*  
*ep. 86. in fin. & 118. ac l. 6. conf. c. 2. qvi & l. 9. c. 13. Quamquam*, inquit, illa in  
*Christo* vivificata, etiam nondum carne soluta, sic vixerit, ut in fide mori-  
 bus; ejus laudetur nomen innum, non tamen audeo dicere, ex quo eam per ba-  
 ptismum regenerasti, nullū verbum exiisse ab ore ejus, contra preceptum tuū:  
 sed & de ipsa incomparabilis matris exequiis *Mediolani* curatis, memora-  
 vit *Augustinus*: ECCE CORPUS ELATUM EST! IMUS ET REDIMUS  
 SINE LACRYMIS: *conf. l. 9. conf. c. 12.* Non hic sive *Patricio* iracundo, sive  
*Monica* tumulum paravius: sed *Matrona*, quae etsi *Augustinū* non peperit,  
 nec eam religiosa, & ipsius *Ambrosii*, iudicio incomparabilū matris vid. l. 6.  
*conf. c. 2.* instar obtinuerit, castas tamen delicias suas scripturam divinam ha-  
 buit, Verbo divino & publicē predicato, & domilecto, imo pectori sic inscri-  
 pto, ut in promptu semper essent, quae in militiā sacrā stereomata fidei esse  
 poterant, quin & epulo sacratissimo *Domínico*, sitibundam saepe animam  
 unā cum *Marito* refecit, & post intervallum magnae infirmitati imputandū,  
 praevia devotissimā Confessione, hoc ipsum *ἰσὸδιον* *Δεσποτινῶν*, sacris ope-  
 rante, *Rev. pl. & Excell. Viro DN. M. HERMANNO BEKKERO*, Pastore  
*Jacobæo* fidel. & *Math. Prof. celeberr. Collega pl. colendo*, novisimē d. 24.  
*April.* impetravit, atq; sic, eodem quo mater *Augustini*, febriū morbo, ad  
 desideratū sibi, velut cervæ glocitanti ad aquarum rivos *JESUM*, in gemi-  
 natis cum aliis, tū illis sanctioris, hymni verbis: *Stehet mich mit deinem steh-  
 den Geiſt/heil mich mit deinem Wunde/wasch mich mit deinem Todes schweiß  
 in meiner leyden Künden etc.* d. 6. Maji placidē beateq; exspirando, emigravit.  
 Faciamus, quod in funere Matris factum meminit *August.* & ubi ad horam corpus  
 efferetur (curantibus exequias *Clariss. Dnis CHRISTOPH. & JOH. CHRISTOPH.*  
*SVANTENIIS*, illo *phil. Mag. & functæ Fratres*, hoc *Phil. Cand. & Beata* ex *Fratre*  
*Nepote*, qui & agrotanti nullo pietatis & charitatis officio defuere) eamus *Et* *reda-*  
*emus sine lacrymis*, & audiū illi *Angelicū*, quod super uno peccatore respiciente datur in coe-  
 lū *prae 99. justis*, quibus non opus est respicientiā, *Et* *stolam candidam dealbatam in san-*  
*guine Agni* gratulaturi, & nos ad pares palmas caelestes praeparaturi.

P. P. Sub Sigillo Reſtitutus d. XIII. Maji. A. O. R. M DC LXXIIX.

\* \* \*












teque beatâ placidâq; hic morte, anteq; circiter an-  
 nus, Consulari apud Malchineses dignatione Spo-  
 rat DN. GEORGIUS Svant, Avia Paterna ANN-  
 libus, & Patre quidem Ecclesiastâ illic s. Pastore,  
 navie, Virum Reverendâ dignatione & meritis fu-  
 NIUM BOCATIUM, Pastorem & Superint. Pa-  
 Aviam mat., BRIGITTAM, Rev. & Cl. Viri HEN-  
 olim orthodoxiæ Assertoris & Praconis in templo  
 si Filiam, Prosvum maternum, celebravit M. H-  
 UM, Magni nostri LUTHERI Auditorem & D-  
 & Superintend. Slesvicensem multis meritis inclyt-  
 nam Nobiliss. MARGARETAM (Hansenbellis /  
 mate: sed magis pietate ceterisq; virtutibus fulg-  
 nunc nostrâ, quod sine Patriam natalesq; terrestr-  
 Majores attollere poterat, non deesset, ne vera illa  
 Patria, & illud *πολιτεῖα*, ac *justitiae fundam-*  
*entis* & *conditor Deus* Hebr. II. 10. deesset, Sac-  
 splendori sine renata, inde à cunabulis & crepundi-  
 ellaris annos sub oculo Parentum probe educata, p-  
 mis precibus, & assiduâ scripturarû S. lectione aug-  
 & aliarum virtutum, studium, quaq; non defueru-  
 conformata, ut Matrone primariæ MARSTALL  
 fuerit, cui ipsa totius economiæ summam comm-  
 hujus prudenter administratæ testimonium hon-  
 paulò post ut in pl. Rev. Fratris, DN. ENOCHI S-  
 D. & Prof. celeberr. ac Archidiacon. Jacobæi fideliss-  
 immigraret, & hac occasione, etsi Virgo iam *virg-*  
 rebat à sententiâ Apostolicâ, *propter instantem ne-*  
 riculibus capacibus, pronunciata 1. Cor. 7. 25. 27  
 ab Experientiss. & Clarissimo Viro DN. JOHANN-  
 re Med. & Practico laudatissimo Coniux & futura c-  
 bicitur, & post sponsalium & nuptiarum solemniam  
 illud an. MDC LIX. Ergo, licet ceteroq; *γὰρ* 205  
 niû per XX. annos irruptû constitit, nullis, quod qu-  
 nis nec ipsa multorum adversorû tolerantia divulsi-  
 conf. c. 9. S. Augustinus: *Ubi plena, inquit, nubis*  
*Viro servivit veluti Domino, & sategit eum lucrari*



Avus Patre-  
 fundia fue-  
 clari nata-  
 nat. no mi-  
 I. ANTO-  
 gilanfils.,  
 TIS, primi  
 ustroviem-  
 BOCATI-  
 nceps Past.  
 at. Matro-  
 fatis stem-  
 um Beatae  
 es clarosq;  
 , Sanctorû  
 , *cujus aro-*  
*sisti fonte*  
 z tatis pu-  
 ardentissi-  
 q; magis,  
 pla, sic est  
 ba judicata  
 , deinceps  
 . Factum  
 SS. Theol.  
 familiâq;  
 on abhor-  
 inibus pu-  
 oderante,  
 O Doctor  
 ocia exam-  
 ur. Factû  
 matrimo-  
 verimo.  
 matre l. 9.  
 R, *in diva*  
 idem, de  
 paren-